

notitiæ eius viam & aditum opportunè fecit. Quādo verò ambiguū hoc ipsum, secus viderem animos diuersorum afficere, temeritatis omnem suspicionem euitaturus, ad me ipsum reuersus, paulò attentiùs ea cepi fundamenta perten-
tare, quibus innixus hactenus, Chymi-
carum operationum machinamēta su-
perstruēda duxi, vt si quam in ijs labem,
omnium caussarum diligēti habito re-
spectu deprehēderem, haudquaquam
dissimularē. Quod cùm præstitum à me
sit, & reipsa deprehensum, haudquic-
quam obijcere se, quod dignā multis,
vel ansam iactandi, vel occasionem in-
fēctandi porrige iure possit: quæque
noua hactenus, re superficie tenuis in-
specta, videbantur nonnullis, ab omni
antiquitate, vel tradita esse, vel saltē non
ignorata: operæ premium iudicaui, spe-
cimen aliquod priuati huiuscē exami-
nis, publico iuri commissum, in eum fi-
nem proferre, vt non solūm rei veritas,
nostro, quantumuis impari patricinio
erectior, dissentium animis liberiūs se-
se inferret: sed &, qui prius tacito quo-
dam præjudicio, ceu lis iam iudicata fo-

A. 2. ret.